



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Directorivm Inqvisitorvm F. Nicolai Eymerici Ordinis Prædicatorum

Nicolaus <Eymericus>

Venetiis, 1607

Innocentivus III.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13589

A conuenticula celebrantes, seu a communi conuersatione fidelium vita & moribus defidentes vel credentes, aut defensores, seu receptatores, vel fautores hæreticorum, eos dictis Inquisitoribus studeant indicare. Ipse autem potestas contra accusatos procedat secundum leges quondam Frederici tunc Imperatoris, Padua promulgatas.

Teneatur insuper potestas seu rector in destructione domorum, & condemnationibus faciendis, & in rebus inuentis vel occupatis consignandis, & diuidendis, de quibus superius dicitur, infra decem dies postquam accusatio facta fuerit, hæc omnia exequi cum effectu, & cõdemnationes omnes in pecunia numerata infra tres menses exigere, & diuidere illas sicut inferius continetur, & eos qui soluere non poterit banno maleficij supponere, & donec soluant, in carcere detinere: alioquin pro his omnibus, & singulis syndicaretur sicut inferius continetur, & insuper teneatur vnum de assessoribus suis, quemcunque diocesanus uel eius Vicarius, & dicti Inquisitores hæreticorum voluerint, ad hæc peragenda fideliter assignare, & mutare pro tempore, si eis visum fuerit opportunum.

B Omnes autem condemnationes vel pœnæ, quæ occasione hæresis factæ fuerint, neque per concionem, neque per consilium, neque ad vocem populi villo modo aut ingenio, aliquo tempore valeant relaxari.

Teneatur insuper Potestas seu Rector, omnia bona hæreticorum, quæ per dictos officiales fuerint occupata seu inuenta, & condemnationes pro his exactas diuidere tali modo: vna pars deueniat in comune ciuitatis vel loci: secunda in fauorem & expeditionem officij detur officialibus, qui tunc negotia ipsa peregerint: tertia ponatur in aliquo tuto loco, secundum quod dictis diocesanis, & Inquisitoribus videbitur reservanda, & expendenda per consilium eorundem in fauorem fidei, ad hæreticos extirpandos, non obstante huiusmodi diuisioni statuto aliquo condito aut condendo.

C Si quis autem de cetero aliquod istorum statutorum, aut constitutionum attentauerit delere, diminueri, vel mutare sine auctoritate sedis Apostolicæ speciali, Potestas, seu Rector, qui pro tempore fuerit in illa ciuitate vel loco teneatur eum tanquam defensorem hæreticorum publicum, & fautorem secundum formam præscriptam perpetuo publicè infamare, atque punire in libras quinquaginta imperiales in pecunia numerata; quam si exigere non poterit, eum maleficij banno supponat, de quo eximi non valeat, nisi soluerit duplam dictæ pecuniæ quantitatem.

Teneatur sanè potestas seu rector infra decem dies sui regiminis syndicare præcedentem proximo potestati vel rectorem, & eius etiam assessores, per tres viros catholicos, & fideles, & electos ad hoc per diocesanum si fuerit præsens, & per fratres Prædicatores, & Minores de omnibus his, quæ in statutis istis seu cõstitutionibus, & libris contra hæreticos, & eorum cõplices editis, continentur, & punire ipsos si excoesserint in omnibus. & singulis quæ omiserint, & cogere restituere de propria facultate, non obstante si per aliquam licentiam consilij vel alterius cuiuslibet, à syndicatione fuerint absoluti.

Iurabunt autem prædicti tres viri, bona fide syndicare præfatos de omnibus supradictis. Ceterum teneatur potestas seu rector cuiuslibet ciuitatis vel loci delere seu abraderi penitus de statutis vel capitularibus communis, quodeunque statutum conditum vel condendum inueniatur contradicere istis constitutionibus, seu statutis & legibus, siue quomodolibet obuiare: & in principio & in medio sui regiminis, hæc statuta, seu constitutiones, & leges in publica concione solemniter facere recitari, & etiam in alijs locis extra ciuitatem suam vel locum, sicut diocesanis seu Inquisitoribus, & fratribus supradictis visum fuerit expedire.

D Porro hæc omnia statuta, seu constitutiones, & leges, & si quæ alia contra hæreticos, & eorum complices, tempore alioquo auctoritate sedis Apostolicæ conderentur, in quatuor voluminibus vnus tenoris debeant contineri, quorum vnum sit in statuario communis cuiuslibet ciuitatis: secundum apud diocesanum: tertium apud fratres Prædicatores: quartum apud fratres Minores; cum omni sinceritate seruentur, nè possint per falsarios in aliquo violari. Dat. Perulij Idibus Maij. Pontificatus nostri anno nono.

INNOCENTIVS III.

Præcipit obseruari leges Frederici Imperatoris, & secundum eas in hæreticos animaduerti, ad quod Inquisitores magistratus compellant per censuram ecclesiasticam.

INNOCENTIVS Episcopus seruus seruorum Dei, dilectis filijs Priori prouincialibus, & fratribus Inquisitoribus hæreticæ prauitatis, ordinis Prædicatorum, in Lombardia, Marchia Teruina, & Romaniola, Salutem, & Apostolicam benedictionem.

Cum aduersus hæreticam prauitatem, quondam Fredericum tunc Romanorum Imperator promulgauerit quasdam leges, per quas ne peruagetur, compesci poterit pestis illa: nos illas volentes ad robur fidei, & salutem fidelium obseruari; dilectis filijs potestatibus, consilijs & communitatibus ciuitatum, aliorumque locorum Lombardia, Marchiæ Teruina, ac Romaniolæ, nostris damus litteris in mandatis, vt eas quarum tenores ipsis mittimus insertos nostris litteris, faciant singuli in eorum capitularibus annotari, contra hæreticos ferre cuiuslibet secundum eas exacta diligentia processuri. Quo circa discretioni vestræ per Apostolica

Edita anno Domini 1242.

Ex Archiepiscopo Inquisitionis Bononiensis.

Alia eiusdem argumenti ponitur infra.

lica scripta mandamus, quatenus si dicti Potestates, Consilia, & Communitates, mandatum nostrum super hoc neglexerint adimplere, vos eos ad id per excommunicationem in personas, & interdictum in terram, appellatione remota cogatis; quod si duo ex vobis his non interfuerint, vnus ea nihilominus exequatur. Dat. Perusij v. Iunij. Pontificatus nostri anno nono.

INNOCENTIVS IIII.

Concedit Inquisitoribus, vt non obstante incorreptione litterarum Apostolicarum contra hereticos editarum, earum tamen virtute procedant. vide textum, & Doctores in cap. ex parte. de fide instr.

Edita anno Do.
mini 1257.

Ex Archivio
Inquisitionis.
Bononiensis.



Innocentius Episcopus seruus seruorum Dei, dilectis filijs Priori prouinciali, & fratribus Inquisitoribus hereticæ prauitatis, ordinis Prædicatorum in Lombardia, Marchia Teruifana, & Romaniola, Salutem & Apostolicam benedictionem.

Cum litteræ nostræ, quas super negotio heresis, in Lombardia, Marchia Teruifana, & Romaniola extirpandæ, nuper a sede Apostolica fratres vestri ordinis reportarunt, processerint (sicut accepimus) in aliquibus propter nimiam festinationem incorrectæ: discretioni vestræ per Apostolica scripta mandamus, quatenus incorreptionis non obstante dispendio, quod ex superfluitate vel diminutione litteræ seu syllabæ, siue dictionis vnus vel plurius inducatur, in memorato negotio procedatis iuxta earundem continentiam litterarum. Datum Perusij, Idibus Iunij. Pontificatus nostri anno nono.

INNOCENTIVS IIII.

Hortatur Inquisitores, vt diligenter in hereticos inquirent, in eosque ac in eorum complices, (nisi conuertantur) iuxta canonum sanctiones procedant, etiam inuocato auxilio seculari, penitentes recipi debent & absolui. Si qui impediunt sanctum officium acriter coeret Papa. Inquisitores viginti vel quadraginta dierum indulgentiam largiuntur.

Edita anno Do.
mini 1252.
Ex Archivio In
quisitionis, Bono-
niensi.

† Inquisitores.

Ex Archivio In
quisitionis, Bono-
niensi.

Ex Archivio In
quisitionis, Bono-
niensi.

Ex Archivio In
quisitionis, Bono-
niensi.

Ex Archivio In
quisitionis, Bono-
niensi.

Innocentius Episcopus seruus seruorum Dei, dilecto filio Priori prouinciali ordinis Fratrum Prædicatorum in Lombardia, Salutem & Apostolicam benedictionem.

Tunc potissimè conditori omnium acceptabile obsequium exhibetur, cum sibi pro catholice conseruatione fidei, cuius est ipse stabile ac perpetuum fundamentum, pura intentione seruitur. Digne itaque in hoc sibi prouidimus, studiosum ac placidum impendere famularum, & præcipue in partibus Italia, propter ipsarum vicinitatem, vigilare instatius ac validius satagere contra diros hostes eiusdem fidei, vt cultura salubris impèsa per vos vicinis agris agris dñicis, vtilis sit loquinis, & semen verbi diuini solum in proximis, fructificet etiã in remotis; licet Apostolica sedes tales hostes vbiq; indefessa sollicitudine persequatur, nec vnquam ab huiusmodi exercitio cessauerit, cura eius. Conuenit namque (vt quia cõtra pestem hereticam Inquisitiones ⁊ roborare ac renouare per diuersas sæculi volumus regiones) id agere in Italia maiori opportunitate nunc habita, nullatenus dimittamus, cū quanto nostris propior adest aspectibus, tãto iustius possemus argui de neglectu, nisi salutis eius attente præcipere studeremus; ideoque discretioni tuæ per apostolica scripta districtè præcipiendo mādamus in remissionem tibi peccaminum iniungentes, quatenus huiusmodi negotium, quod principaliter rehdet cordi nostro, in Lombardia, & Romaniola per te, ac fratres tuæ curæ commissos, quos ad hoc videris opportunos, affectu prompto suscipias, ac seruenti animo persequarissita quod si per inquisitione de consilio diocesano dicarum Lombardia ac Romaniolæ, cum omni vigilantia, & solempni prouidentia faciendã, aliquos in eis de contagio prauitatis hereticæ culpabiles vel infectos inueneris, aut etiam infamatos, nisi examinati velint absolute mandatis Ecclesiæ obedire, contra ipsos, & receptatores, defensores & fautores eorum, humano timore postposito, iuxta sanctiones canonicas, Apostolica auctoritate procedas: inuocato ad hoc contra eos, si opus fuerit, auxilio brachij secularis; contradictores per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compescendo. Si vero aliqui heretica labe penitus abiurata redire voluerint ad ecclesiasticam vnitatem, eis iuxta formam Ecclesiæ consuetis diocesanis, eisdem beneficium absolutionis impendens, iniungas eisdem, quod iniungitilibus consuevit: *Prouiso solerter ne simulata conuersione redeant fraudulenter, & te, immo potius se fallentes, sub agni specie gerant lupum.* Verum quia tam salubre negotium super omnia promoueri cupimus, propter quod impedimenta qualibet ab ipso intendimus penitus, cum Dei adiutorio, remouere; quia si forte, quod non credimus, aliqua ciuitas vel communitas, siue aliqui magnates, vel nobiles seu potentes, huic negotio se opponere, aut illud presumpserint aliquatenus impedire, vt non possit per deputatos ad hoc à nobis, procedi liberè in eodem, immo nisi fouerint illud & inuerint studiosè nos proculdubio ad comprimendam tam superbam & perniciosam audaciam, & omnimodo confundendam, in illos gladium ecclesiasticæ potestatis acriter extendemus. Et reges, ac principes, alioque Christi fideles, siue pro terræ sanctæ successu, siue aliàs pro Christi seruitio